



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quid mulier respondet Domino.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

VERSUS 26.

QVÆSTIO I.

Non est bonum, καλὸν honestum, & vt Syrus
ܢܚܝܫܐ scaphir, decorum, conueniens, accipere pa-
nem filiorum, & mittere, βαλεῖν projicere canibus. Canes
appellari gentes à Iudæis notum est. 2 Reg. 3.8. & 16.9.
& 4. Reg 8.13. Sic etiã gentes se mutuo nominabant.
Et apud Homeri τὴν κύνος ὄμμα, & similia visitata sunt.

QVÆSTIO II.

51. **M**ulier Apostolos appellat, & cum parum proficere se videret, iterum ad Dominum conuenit. Apostoli pro ea intercedunt. Itaq; vnus pro alio oratio non modo verita non est, sed etiam laudabilis, quocirca etiam Chrysostomus eos super hoc laudat.

§.2. Excipit Zuinglius. Nec possunt Papistæ hinc
divorū intercessionem probare, nam diu affectibus
nostris nō tanguntur, nisi felicitatem eorum dicamus
interrumpi ne nostris malis. Alienis enim malis compati,
aut illa sentire dolore ingerit, quem sancti non habet.

Respondeo. Non modo factiores intercessionē,
 stupore illo parallogisimi, sed æterni iuninis etiam be-
 necentiam tolli. Non tanguitur in illā felicitate diu-
 notitis affectibus, vt doleant aut tristentur: ideo quod
 in illo statu beatitudinis nulla potest miseria, nullus
 luctus etiam alienæ calamitatis commiseratione. No-
 stras tamen miseras tolli cupiunt, et sine interruptio-
 ne suæ felicitatis succurrunt. Neq; etiam Deus dum
 miseras exaudit, nostra mala sentit, aut felicitatis
 furia cœturā nobis auxiliatur. Quantum verò ab ite-
 raliq; existimare, non posse nostros fletus audire,
 aut pro nobis intercedere, nisi etiam ipsi fiant, et in
 luctu sint, neminem ignorare puto. Angeli enim ho-
 minibus adfunt, eos dirigunt, subleuant, sine vllō be-
 atitudinis detrimento, semper enim etiam ista agen-
 tes stant in conspectu Dei viui.

Obijcit Bullingerus hæc Chrystostomi verba. *Non
equies Patroni ad Deum, neq. multo discursu, vt blandia-
ri alii, sed fecit sibi suis Patronos, carere & per seipsos Deum
deprecari, omnino tamen voti composere. Per, enim tam fa-
cile Deus annuit, cum alio pro nobis orat, vt cum ipsimet ora-
mus: et transi plurimus pleni semis malis. Repulsam dicit
cum alij rogarent, cum ipsa precaretur audiam.*

Deinde concludit Bullingerus, hac Chrysostomi ver-
bibus, gallam resplendit Papsantium opinionem, hinc colligentium
in celis intercedere pro nobis, ideoq. invocandos.

Relp. Si quidem Chryſtoſtomus ſententia reſe defi-
nienda eſt: facile veritas Catholica cauſam obtinebit.
Nam hoc loco nihil contrâ Catholicos loquitur, aliis
locis diſſe noſtram aſtruit verbis clariſſimis. Hic
comparat preces interceſſorias Apoſtolorum, qui eius
clamoribus moti dimitti cupiebant orantem, & mu-
lieris magnâ fide & humilitate precantis, & conſtat
talem orationem cuiusq; pro ſe precantis gratiorem
eſſe, quam languidam aliorû; id quod Chryſtoſtomus
docet: Nec talis anima aliena oratione magnopere
eget: Quod ſi confici hinc aliquid contrâ veritatem

Quanti vero orationes defunctorum pro viuis faci-
at, multis verbis offendit sermone de poenitent. &
conf. Item in Liturgiis τῶν ταύτῃ χριστιανῶν τῆς ὁμο-
λογημένης ἐκδόσεως δεσποτῆς ἡμετέρου τοῦ πατριάρχου μα-
ριου ἐν ταῖς προσευχαῖς προσδίδεται κλίρε τῶν θυοῦν ταύτων
ἐν τῷ ἐκπράσσειν ἐν θυνασίῳ. In honorem & memoria sup-
per benedicta, gloria dominæ nostræ, Deiparæ & semper vir-
ginis Mariæ, cuius deprecationibus suscipe Domine hoc Sacrifi-
cium in supercilio altaris tui. Ecce in ipso sacrificio depre-
cationes, seu locos precibus suis adhibet sanctos, quo-
modo igitur eorū intercessionem repudiatur? Idē homi-
li 66. ad populū Antiochenū, cum de sanctis agit. &
hom. 31. & 41. & 28. & hō. 42. de sancto Ignatio Romani
martyrio affectū, & Antiochiam deinde translaturum

Cum omni gaudio, atq. letitia Sacrum hunc locum frequen-
temus, ut conseruiamus, mensaq. celestis patris psecum sanctis
fieri valeamus precibus ipsorum Sanctorum & gratia ac ben-
edictione Domini nostri Iesu Christi. Non festi modo lan-
ctorum celebrat, sed etiam sacram letitiam populo
tnader, & participem eorum felicitatis se fore preci-
bus ipsorum sperat.

Quamuis autem sanctorum tam viventium quam defunctorum orationes ille probet, monet tamen, ne securi salutis causam sanctorum precibus committamus, sed vnos quoque operi accingamur ita nos docet in c. 2. Matth. Laudatione in S. Pelagiam. c. 15. & Hom. 26. in 2. ad Corinth. Denique Diacono hunc in modum in Liturgia Chrysostomi sacerdos benedicit. *ὁ θεὸς διὰ πρεσβυτέρων τοῦ ἁγίου ἐκκλησίου καὶ εὐαγγελιστῶν (τοῦδε) διὰ τῶν ἁγίων τῶν ἐκκλησιαστικῶν καὶ τῶν εὐαγγελιστῶν διδόναι πάλιν. Deus per intercessionem, sancti gloriosi Apostoli & Euangeliste huius, i. b. et verbum ad euangelizandum eis, qui euangelizantur virtute multa. vbi notabis, illud τοῦδε poni loco sancti, cuius memoria agitur.*

Hoc enim expressissime ponitur in eadem Liturgia, sic enim Sacerdos loquitur. Ὁ ἄγιος ἰωάννης ὁ προφήτης, περσόμενος ἐν βαπτισμῷ ἐν τῇ ἀγίῳ ὕδατι, φησὶ μὲν ἀποστόλων ὁ ἄγιος (ποῦδα) οὗ ἐν τῇ μνήμῃ ἐντελούμενος. καὶ πάντων τῶν ἁγίων σου. ὅτι τῆς ἐκκλησίας ἐπιστολὴ ἡμεῖς ὄμεθα. Sancti, Iohannis Propheeta, praeursoris, & baptistae, sanctorum nominatorum Apostolorum, & sancti huius cuius & memoriam celebramus, & omnium sanctorum suorum supplicationibus visita nos Deus.

VERSUS 27.

§. II. **D**Vo sunt in responso mulieris. Primò approbat Domini sententiam. *vel* *ἀπορίε*, ita domine.

Syrus אֵין מַרְיָא in mari, etiam domine mi. Deinde rati-
onem reddit, וְאֵין מַרְיָא Et enim: Syrus אֵין מַרְיָא aph: quin imò Humilis as
Syrphobis
quidam interpretantur, vt sensus sit. Non est id bonū
quidem, sed tamen catelli comedunt de mensa domi-
norum suorum. Qui sensus planus est, sed verbi minus
accommodari potest. Verus igitur sensus est, vt respon-
deat ad id, quod Dominus non dixit quidem, sed tam-
q̃ certum notumq; statuerat. Dum enim roganti non
respondet, dū contemnere videtur, & tandem asserit, nō
esse bonū accipere panē filiorum, & dare canibus non
obscure illam canem appellat, quasi nō magis ad eius
preces, quā canis latratum attendat Hoc illa ingenio-
se ad suam causam trahit. Lubens volens me catellam
fateor, verē dixisti me catellam esse, non offendor illā
contumeliā, quā mihi salutē fore spero. Nam & catelli
comedunt de micis, quæ cadunt de mensa domi-
norum suorum. Iudæa implera est doctrina & miraculis,
aliqua & nos obiter beneficiæ experiamur: canes enim
sumus, non lupi, ideo de mensa dominorum alenda.

ita fere Abulenſis quamvis pluribus exponit. Tu domine dicis, quod non est bonum accipere panem filiorum, & dare canibus, & tamen bonum est de illo dare saltem micas cadentes: ita tu potes.

VERSUS 28.

Tunc respondens Iesus ait illi: Omulier magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora.

QUESTIO I.

Quae fides illa fuerit?

§.1. **M**iculus, ceteriq; fiduciam de praedestinatione interpretantur.

Constat principio fuisse fidem, qua credidit, posse a Christo filiam sanari; deinde sperabat auxilium, adeo ut etiam videns uxorē suam & rē suam in periculo, patronos suos secum repulsum passos, non tamen desperavit, ut monet Chrysost. Quod si quispiam asserat, eam certo credidisse se praedestinari, ea q; fide impetrasse filiae sanitatem, id sine vlla verisimilitudine pronuntiabit, atq; adeo non sine robore; tota in eo est, ut filiae sanitatem impetret. & Christus: magna est fides tua, fiat tibi sicut vis, fides ergo de Christi potentia erat, & spes de bonitate. De sua praedestinatione verbum divinum non habebat, cum enim canis vocaretur, non revelabatur illi sua praedestinatio. Quin imo fides praedestinationis filiae sanātem impetrare non poterat. Quis verò eam doceret; eam in omni scelere permanentē, esse iustam ante penitentiam, eam iustitiam amittere nullo unquam crimine posse? Nondum ista docebantur, nondum prodierat talium author Zuinglius. Ipsa simpliciter filiae sanitatem, cum tot miracula vidisset, a Christo petebat.

VERSUS 29.

Et cum transisset inde Iesus, venit secus mare Galilee, & ascendens in montem sedebat ibi.

QUESTIO I.

Quid in Iudaea praestiterit?

§.1. **D**ivesse a finibus gentilium, & Iudaea latitudine transiit, a mari mediterraneo veniens confedit ad mare Galilee. Sanat autem Primò & c. claudos, latini multi li-

bri habent primo loco mutos, sed cum Graeco conſentit Syrus.

Deinde & c. cecos.

Tertio & c. mutos.

Quarto & c. debiles, Erasmus mutuos.

§.2. Obicit Bullingerus, non ad sanctos, sed ad Christum deferendos. Quae obiectio locum haberet, si non ad sanctos Christi virtute sanatos adducerentur. Quid de sanctis factum sit, acta Apostolorum nos docent, & sequentium temporum historia.

VERSUS 38.

Erant autem, qui manducaverant quatuor millia hominum, extra parvulos & mulieres.

QUESTIO I.

Ubi Christus subsedit?

§.1. **M**arcus 8. 10. vocat Dalmanutha, Graecus & c. dala. hoc i. Reg. 17. 26. legitur, sed apud Marcum in partibus Dalmanutha Aug. 1. 2. de consensu Evangelistarum c. 51. Beda, aiunt olim fuisse Magadan, non Dalmanutha, sed hoc nusquam alibi legitur. Quaedam exemplaria & c. dala, Syrus & c. dala, forte locus Maceda dictus. Alij Magadan, & esse volunt in tribu Iuda.

Hieronym. suo tempore regionem dictam Magadanam. Nobilis illa Zach. 12. 11. est Maggedo, sed alia omnino est. Graecus & c. dala. Syrus & c. dala. vocat fines & c. demagedu, nisi scriptum est & c. demagda, Maggedu, nam facilis est commutatio inter & c. His in locis complura fecit miracula, diu tuncque docuit. Miraculum de panibus multiplicatis omitto: quia satis explicatum est c. 4. id quod simile est. Sunt tamen nonnulla observatu dignissima: Nimirum ex auditoribus multos triduanam inedia sustinuisse, amore audiendi verbi Dei, iamque debilitatos fuisse, ut si demitterentur ieiunii, in via deficerent. Quod magnam eorum debilitatem indicat. Nec enim procul a locis habitatis, & oppidis aberant.

Quin & illud notandum. Iam plures panes, pauciores conuiuas esse, & pauciores tamen sportas referri, ut appareat solius divinae potentiae hoc opus esse, quae ex paucioribus plura, ex pluribus pauciora facit. Plenum illi fuit in omnes, & in omnia. Tam ex vno pane mille, quam ex decem potest centum efficere. Qui enim mundum fecit verbo, cur non in mundo faciat, quaecumque facere placuit?

CAPUT XVI.

Mar. 8. b. 11.
Luc. 12. g. 14.
Sup. 2. g. 12.
Ioan. 2.
Mar. 8. b. 14.
Luc. 12. a. 1.
Sup. 14. c. 17.
Ioan. 6. b. 9.
Sup. 15. a. 41.
Marc. 8. c.
17.
Luc. 9. c. 18.
Ioan. 6. g. 69.
Ioan. 1. f. 42.
Mat. 12. g. 24.
Ioan. 10. c.



Et accesserunt ad eum Pharisei, & Sadducei tentantes: & rogauerunt eum ut signum de caelo ostenderet eis. 2. At ille respondens, ait illis: Facto vespere dicitis: Serenum erit, rubicundum enim est caelum. 3. Et mane: Hodie tempestas erit, nubilat enim triste caelum. 4. Faciem ergo caeli diiudicare noster: signa autem temporum non potestis scire? Generatio mala & adultera signum querit: & signum non dabitur ei, nisi signum Iona Propheta. Es relictis illis, abiit. 5. Et cum venissent discipuli eius transierunt, obliuisci sunt panes accipere. 6. Qui dixit illis: Inuenerim, & caute a fermento Phariseorum, & Sadduceorum. 7. At illi cogitabant intra se dicentes: Quia panes non accepimus. 8. Sciens autem Iesus, dixit: Quid cogitatis intra vos modica fidei, quia panes non habetis? 9. Nondum intelligitis, neque recordamini quinque panum in quinque millia hominum, & quot copiosus sumpsistis? 10. neque septem panum in quatuor millia hominum, & quot sportas sumpsistis? 11. Quare non intelligitis quia non de pane dixi vobis? 12. Tunc intellexerunt, quia non dixit cauendum a fermento Phariseorum, & Sadduceorum? 13. Venit autem Iesus in partes Caesarea Philippi: & interrogabat discipulos suos, dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis? 14. At illi dixerunt: Alii Iohannem Baptistam, alii autem Eliam, alii vero Ieremiam, aut unum ex Prophetis. 15. Dicit eis Iesus: Vos autem quem me esse dicitis? 16. Respondens Simon Petrus dixit: Tu es Christus, filius Dei viui. 17. Respondens autem Iesus, dixit ei: Beatus es Simon Bariona: quia caro, & sanguis non reuclauit tibi, sed pater meus qui in

pro petro
et paulo